

5. Præ - sta, Pa - ter pi - is - si - me, Pa - trí - que com - par U - ni - ce,

Cum Spí - ri - tu Pa - rá - cli - to, Regnans per o - mne sæ - culum. A - men.

Ÿ. Dirigátur, ut supra, p. 22 vel 23.

## CANTICUM B. MARIAE VIRGINIS

*Canticum Magnificat, juxta tonum Antiphonæ propriæ*

Magnificat \* ánima mea Dóminum.

Et exsultávit spíritus meus \* in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ : \* ecce enim ex hoc  
beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : \* et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies \* timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : \* dispérsit supérbos mente  
cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, \* et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : \* et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum, \* recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, \* Abraham, et sémini  
ejus in sæcula.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \* et in sæcula  
sæculórum. Amen.